

estaban en el desierto. No había para saciar su apetito mas que cinco panes y dos peces. Como era imposible alimentar humanamente hablando, tanta gente con tan escasos medios, y que no queria el Señor despedir aquella gente en ayunas de miedo que pereciesen de debilidad en el camino, resolvió para salvar aquel conflicto acudir á su omnipotencia. *Tomó, pues, los panes y despues de dar gracias¹, los repartió á los que se habian sentado, é hizo lo mismo con los pescados, dando á todos cuanto querian* ¡ Asombroso prodigio ! ¡ No tiene Jesus en sus manos mas que cinco panes y dos peces, los parte y da sus pedazos á los apóstoles que los distribuyen entre la multitud, vuelven de nuevo á donde está Jesus que les dá cuantas veces le piden hasta que cada cual ha recibido lo suficiente para saciar su apetito ! Los panes y los peces multiplicaronse asombrosamente al pasar entre las manos del Señor sin agotarse, semejantes el agua de una fuente cuyo manantial permanece oculto, y que al repartir sus aguas en arroyuelos varios

enim cælorum vim patitur et violenti radiunt illud. ait Dominus. Qui ergo puerorum instar timidi, vel feminarum instar inconstantes aut nimis delicati sunt, non obtinebunt regnum cælorum. Origines, hom. 1 in Num. ait : « Donec inest alicui nostrum vel puerilis vel lubricus sensus, vel feminea el resoluta segnities, haberi apud Deum in sancto et consecrato numero non meremur. » (FABER, *Op. conc. dom. iv. Quadrag. conc. 10, n. 7*).

1. Oravit, Patri *gratias agens*, ut ostenderet quantum de nostris profectibus gratuletur, et, secundum Chrysostomum, ut informaret nos ad agendas semper Deo gratias, cum vel in carne reficimur, vel in anima; et non prius tangere mensam, donec gratias egerimus ei, qui cibum hunc nobis præbuit, et dat nobis *escam in tempore opportuno*. Similiter etiam, *benedixit*, ut sua benedictione multiplicarentur; sic enim in principio creationis rerum, omnibus creaturis benedicens, contulit illis nvturalem virtutem, ut ex se invicem naturaliter multiplicarentur, cujus benedictione semel accepta, usque hodie fructificare non cessant; in quo dat exemplum, quod in principio mensæ debemus panem Deo offerre, et benedictionem supernam super ipsum elicere, et quod non debemus ad mensam accedere, vel cibum sumere, nisi præmissa bene-

jamás se agota. Gran milagro fué este en verdad ¹. « Pero este acto de su poder no es mas admirable que el que continuamente y sin interrupcion ejecuta con el genero humano. Que el Señor multiplique por un acto particular de su voluntad algunos panes, hasta el punto de dar de comer con ellos á cinco mil hombres ; ó que en virtud de las leyes naturales por Él establecidas, multiplique constantemente los granos confiados á la tierra, de modo que basten para alimentar al género humano ; son dos maravillas muy semejantes en verdad. Y, sin embargo, llamanos una la atencion y permanecemos indiferentes ánte la otra. Las obras extraordinarias que el

dictione. Et istam benedictionem, ut creditur, Christus aliquibus verbis expressit, quibus creaturam ei sanctificavit, et multiplicavit : sed quæ illa verba fuerint, evangelistæ non ponunt, quia forte secreta illa protulit (LUDOLPH, *Vita D.-N. J.-C. 1. p. c. 67, n. 5*).

1. *Acceptit panes, deditque discipulis, ut darent turbis. Et manducaverunt omnes et saturati sunt.* O miranda tum rerum spectacula ! Panes pariebant ; mensæque ultro quæsitis dapibus differtæ erant. Panes rusticano nullo sudore parti, qui non ex spicis germinarent, sed ex dominicis manibus efflorent. Tametsi quam multa humanum pastum ante eunt ? Puta, soli aratio, sementis projectio, aeris in nubes conversio, imbrum ortus, favionorum flatus, tempestatum vicissitudines, lunæ mutationes, sarritorum manus tremulæ, spicarum adsensus, opportuna segetis maturatio, legendæ messis durus labor, aræ tritrandique molestia, molæ opera, furfuris excretio, artis conformatio, ignis conspiatio : quæ nunc omnia manus dominicæ contactus unus effecit. Aderat enim qui terræ sinum ad fruges ferendas excitat. Aderat, qui nubibus cælum circumvestit ; aderat, qui artis industriam mortalibus elargitus est ; aderat, qui portat omnia verbo oris sui ; aderat, in ea quam gestabat, carne, qui adventum præsentiamque astrueret. Ostendit unius miraculi exhibitione, quis naturæ frenos teneat. Dissolvit antiquam Judæorum criminationem, ac insatiabilem voracitatem dispescuit. Non enim amplius possint dicere : *Numquid et panem poterit dare ?* Ps. LXXVII, 20. Ecce enim præ panum copia coangustatur ipsa eremus. Doceat te, Judææ, illorum quoque præbitorem, miraculorum germana affinitas, ac similitudo (S. BASIL. ap. Combesis, *Biblioth. Patr. dom. iv. Quadrag.*).

Señor gusta ejecutar á veces, conmueven extraordinariamente ; nuestra alma, por que en ellas reconocemos su poder inmediatamente ; su obra cotidiana y constante no nos impresiona, por que la atribuimos á causas secundarias, sin dignarnos remontar mas alto é investigar la causa primaria que les dá el ser, digamoslo, que las sostiene de continuo. Consideramos sin que nos llame la atencion el concurro regular de multitud de causas físicas que bienhora providencia dirige constantemente hácia un mismo efecto ; esta cooperacion de todos los elementos que se ven obligados á satisfacer nuestras necesidades por una ley superior. Vivimos en medio de este no interrumpido prodigio y no le vemos ; disfrutamos del mismo y no le comprendemos. La razon y la fé deben ponerse de acuerdo para reformar este error de nuestra inteligencia. Dios es igualmente grande, igualmente digno de recibir nuestra adoracion y respeto, ya cuando para que subsistamos dá las leyes naturales, bien cuando para enseñarnos las suspende. No es ménos misericordioso ni digno de nuestro agradecimiento, cuando nos procura el alimento valiéndose de los medios ordinarios de su sabiduría, que cuando le concede por los extraordinarios de su omnipotencia. El maná del desierto no era un beneficio mayor que el de la fertilidad de la tierra santa ¹. »

1. La Luzerne, *Explic. de los Evang.* 4º dom. de Cuar. — El cotidiano milagro de la divina Providencia cooperando al alimento de los hombres. — Dios es tan grande, tan admirable, en el órden natural como en los extraordinarios y milagrosos efectos de su omnipotencia. — I. *Pruebas de esta verdad.* Consideremos : 1º la *inmensa multitud* de las criaturas á cuyas necesidades provee Dios todos los dias ; 2º la *universalidad* de sus beneficios : no hay ser alguno, por miserable y en cualquier punto del globo que se halle que sea desheredado ; 3º la *perpetuidad* : la tierra renueva cada año sus provisiones sin que jamas se agoten ; 4º la *abundancia* : caso de necesidad añade Dios lo superfluo ; 5º la *variedad* : qué maravillosa variedad en los dones que la mano de Dios ofrece cada dia á sus criaturas ! — II. *Conclusiones prácticas.* Debemos : 1º alabar, exaltar la sabiduría, la omnipotencia, la bondad infi-

No hay necesidad de decirnos que pudo el Señor acudir en auxilio de aquellos cinco mil hombres valiéndose de otro medio cualquiera que multiplicando los cinco panes y dos peces que un muchado llevaba, y que desde luego predestinados estaban á servir de alimento al mismo Salvador y a sus discípulos. Pudiera, por ejemplo, haber hecho llover un nuevo maná desde los cielos, ó cualquier otro alimento ; ó bien cambiar en panes las piedras del desierto, como el tentador le sugirió un dia que lo hiciera ; ó aún mejor haciendo que no experimentasen hambre. Si quiso socorrerles multiplicando los cinco panes que le proporcionaron los apóstoles fué, con respecto á sus discípulos para probar la caridad de sus apóstoles y asociarles á la buena obra que iba á ejecutar, y respecto á nosotros para enseñarnos que si estamos en la impotencia de sacar al pobre de su miserias debemos por lo ménos tratar de aliviarle en lo posible, porque Dios que es infinitamente miseri-

nita de nuestro Padre celestial ; 2º tomar nuestro cotidiano alimento dando gracias y demostrando nuestro agradecimiento á Aquel que nos le proporeiona ; 3º emplear en su servicio la vida que nos conserva ; 4º tener en su divina Providencia una confianza filial. (Dehaut, el *Evang. medit.* 2 p. 4 sect. § 59). — Providencia paternal de Dios para con sus criaturas y el hombre en especial. — *Maravillas de esta providencia.* Manifestansenos : 1º En la innumerable multitud de criaturas sobre que se extiende : *Sequebatur eum multitudo magna* ; 2º en la grandeza de sus efectos, á pesar de la insuficiencia de los recursos : *Hæc quid inter tantos ?* — II. *Como se manifiesta.* 1º Con órden. Jesus comienza por dividir al pueblo en grupos, para que nadie sea olvidado. *Facite homines discumbere.* 2º Es por medio del ministerio de los hombres como nos proporciona esos bienes : *Distribuit discipulis suis, ut ponerent ante turbas.* 3º Con abundancia, uniendo á lo necesario lo superfluo : *Colligite quæ superaverunt.* — III. *Impresiones que esta verdad debe producir en nosotros.* Debe : 1º debe hacernos reconocer la grandeza, la omnipotencia, sabiduría, bondad infinita de Dios para con nosotros : *Cum vidissent signum, dicebant.* 2º Invitarnos á colocar en Él toda nuestra esperanza, nuestro amor, en á consagrar nuestra vida toda á su servicio : *Cum venturi essent... ut fecerent eum regem* (Id. *ibid.*).

cordioso no dejará de hacer lo restante. Bastanos á nosotros poner en práctica el consejo de Tobias á su hijo: *Sé caritativo cuanto puedas. Si tienes poco, da poco, pero con buena voluntad*¹. Esta misma conducta hemos de observar en todas nuestras necesidades espirituales y en las que aflijan á nuestro prójimo. Por que quiese el Señor que le ofrezcamos lo que está en nuestra mano, aunque sea poco; y se obliga á suplir lo que nos falte con su poder é infinita misericordia².

¡ Lo que á los pobres ofrecemos, no lo perdemos completamente, ni mucho ménos! así nos lo demuestra la continuacion del santo Evangelio. Leemos en efecto que *una vez satisfecha la necesidad de la multitud, habiendo mandado Jesus á sus apóstoles que recogiesen las sobras para que nada se desperdiciase, hubo con que llenar doce cestas*. Por cinco panes de cebada que los apóstoles habian ofrecido al Señor para alimentar á la muchedumbre que le siguiera al desierto, recibió cada uno un cesto lleno de excelente pan. De este modo recompensó Jesus su caridad, dicen los intérpretes, para enseñarnos que *es prestar con usura al Señor el socorrer á los miembros*³. Imitemos, amados míos, su generosidad y como ellos experimentaremos la liberalidad del Señor. La experimentaremos como la habia experimentado ya la viuda de Sarepta que, por haber hospedado en su casa al profeta Elías, vió su harina y su aceite sin consumirse miéntras allí le tuvo. Esto mismo es lo que

1. Tob. iv, 8.

2. Cf. Du Pont. *Médit.* 3 p. 17. méd. 2 p. — Addiscimus autem in hoc discipulorum philosophiam, qualiter contempserunt escam. Duodecim enim existentes, quinque panes habebant et duos pisces; contemptibilia enim eis erant corporalia, et a spiritualibus possidebantur. Oportebat autem erudiri, discipulorum exemplo, quoniam et si pauca habuerimus, oportet tribuere indigentibus. Jussi namque discipuli afferre quinque panes, non dicunt, unde mitigabimus famem nostram? sed confestim obediunt (S. JOAN. CHRYSOST. ap. Ludolph. *Vita D.-N. J.-C.* t. p. c. 67, n. 4).

3. Prov. xix, 17.

Dios prometió expresamente por boca del Sabio: *¿Queréis que vuestros graneros se vean siempre llenos y vuestras bodegas no carezcan de vino? Honrad al Señor por vuestro bien*¹, es decir, haced cuantas limosnas podais por amor de Dios².

1. Prov. iii, 9 et 10.

2. *Et sustulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos*. Marc. vi, 43. Pari numero cum apostolis sunt cophini, ut singuli singulos bajulando, laborem miraculi testem habeant; humerusque dum teritur, rei gesta sensum ingerat, et memoria fatigatione conservetur. Ne enim miraculi magnitudine mens absorpta, quod videbat, imaginarium quid esse secum deputaret, neve, dum tam novum miraculum satis admirar nequit, somnium paulatim suspicaretur, quod reipsa evenerat, reliquiarum multitudine facti memoriam extendit: quo videlicet esus quotidianus, dum notitiam repetit, memoriam excitaret (S. RASIL. ap. Combefis, *Biblioth. patr. dom.* iv. quadrag.). — *Ut autem impleti sunt*, quia omnes manducaverunt et saturati sunt, quod significat celestem refectionem, in qua sancti plene satiantur, dicit Jesus discipulis, ut fragmenta residua colligerent, unde postea cibum egentibus præberent; non sic dives epulo fecit, cujus reliquias canes, non pauperes, comedebant, cui hodie multi sunt similes, idem vel pejus facientes. In hoc quippe quod turbam pavit, dedit nobis exemplum, ut operibus misericordiæ insistamus; et licet hoc sit laboriosum, tamen est multum fructuosum. *Collegerunt ergo et impleverunt*, de reliquiis, *duodecim cophinos*, hoc est magnas sportas, quæ circulis per quos brachia inseruntur, in dorso portantur; unusquisque enim apostolorum implet cophinum suum, ut quolibet unum super humerum apportante, ineffabile videretur miraculum. Hic Domini miraculum augmentatum est; magnum enim miraculum esset, si de quinque panibus et duobus piscibus quinque millibus hominum satiatis, nil superesset; at signum crevit juxta admirationem, quia non solum quinque millia hominum satiati sunt, sed etiam tot fragmenta remanserunt, unde duodecim cophini replerentur. Hoc ergo etiam ad evidentiam miraculi facit, quod plus remansit, quam a principio fuit. Et, secundum Cyrillum, hoc factum est, ut hinc esset manifesta certificatio, quod opus caritatis in proximos, uberem vendicet retributionem a Deo; et, secundum Theophylactum, ut addisceremus quantum hospitalitas potest, et quantum

Tales son, mis amados, las principales circunstancias que acompañaron y siguieron la multiplicación de los cinco panes, con las mejores reflexiones prácticas que han sugerido á los padres y á los comentadores. Quedame explicaros brevemente

II. *Lo que figuraba este milagro* ¹. — El milagro de la multiplicación nuestra, cum indigentibus subvenimus (LUDOLPH. *Vita D.-N. J.-C.* 1. p. c.47, n. 6).

1. EXPLICATIO ALLEGORICA HUIUS MYSTERII. Mystice per *quinque panes*, quinque libri Moysis; per *duos pisces*. Prophetæ et Psalmi intelliguntur. In his enim tribus, scilicet: Lege, Prophetis et Psalmis, totum Vetus Testamentum comprehenditur. Per *quinque autem millia virorum*, Dominum sequentium, designantur activi omnes quinque sensibus interioribus et exterioribus, quos possident, bene utentes; per mulieres vero et parvulos significantur infirmi nondum pugna idonei, qui numero sunt indigni. Hi ergo prædicti recte quinque panibus aluntur, quia tales necesse est legalibus adhuc præceptis institui, nam qui mundo ad integrum renuntiant, quatuor sunt millia, et septem panibus refectioni: hoc est evangelica perfectione sublimes, et spirituali sunt gratia docti. Cum ergo in hoc convivio Domini tantummodo *vir* fuisse dicuntur, mystice monemur, ut si quam suavis sit Dominus, gustare desideramus, viri, id est fortes contra tentationes simus; vir enim a viribus dicitur, et virorum nomine illos Scriptura sancta designare consuevit, qui viriliter tentamenta vicerunt. Qui ergo cœnam Domini manducant, virtute mentis et sensu viri esse debent, non in concupiscentiis emolliti sicut feminae, nec puerilem sensum habentes, sicut pueri. Per *discubitu* autem, et sessionem corporis, intelligitur quies mentis; qui enim a Deo spiritualiter pasci desiderat, oportet quod sedeat, id est a curis superfluis, eturbationibus conquiescat. Secundum Bedam quoque, *super fenum* discumbentes dominicis pascuntur alimentis, qui per continentiam calcatis concupiscentiis, audiendis implendisque Dei verbis operam impendunt. Fenum enim carnem significat, secundum illud: *Omnis caro fenum*; nec ad mensam Dei digne sedere poterit, qui carnem per servitatem spiritui non subicit. Qui ergo vult refici pane gratiæ spiritualis, congruum est ut sedeat super fenum, id est ut dominetur corpori suo, et mortificat carnem suam. Salvator autem non nequa creavit cibaria, sed presentibus *benedixit*; quia veniens in carne, non alia quam quæ Lex et Pro-

pheta prædicaverant prædicavit, et ea mysteriis gratiæ gravis demonstravit. *Aspexit in cœlum*, ut illuc dirigendam mentis aciem, ibi lucem scientiæ doceat esse quærendam. Sed tripliciter impeditur quis ne oculos sublevet ad Deum: primo, quando nimis occupatur circa sensibilia, id est terrenas divitias, quia tunc oculus fœdatur pulvere avaritiæ: secundo, quando occupatur circa delectabilia, id est circa carnales delicias, quia tunc oculus excæatur igne concupiscentiæ; tertio, quando occupatur circa sublimia, id est circa ambitiones mundanas; quia tunc oculus obscuratur fumo superbiæ. *Fregit* quoque, et ante turbas ponens *discipulis panes dedit*, quia clausa sacramenta Legis, et Prophetiæ sanctis doctoribus, qui hæc toto orbe prædicent patefecit. Quod autem turbis supererat, a discipulis *colligi* voluit, quia secretiora intelligentiæ et sacratiora mysteria, quæ a rudibus capi nequeunt, non sunt negligenter omittenda; sed a discipulis Domini, et eorum successoribus diligenter inquirenda et illis qui idonei sunt alios docere, committenda. Nam per *cophinos duodecim*, apostoli et sequentes viri apostolici et doctores figurantur, foris quidem hominibus despecti, sed intus Salvatoris cibi reliquiis cumulati. Cophinis enim servilia et rusticana aguntur opera et officia; et *Deus infirma mundi elegit, ut confundat fortia*. Est autem cophinus, secundum Isidorum, vas ex virgultis factum, et de juncis vel viminibus, aut foliis palmarum contextum, aptum ad portandum purgamenta, et ad servilia opera. Unde in Psalmo de Joseph dicitur: *Manus ejus in cophino servierunt*. Sicut autem pauci panes et pisces fracti in multas reliquias excreverunt; sic cibus verbi Dei, quanto magis distribuitur, tanto magis multiplicatur. Nec a casu, sed ex divina dispositione *impleti sunt duodecim cophini*, secundum numerum duodecim apostolorum; nec data sunt turbæ fragmenta portanda, sed discipulis, ut per hoc designaretur quod fragmenta et reliquiæ verborum Christi per apostolos erant per mundum portanda, et per eos corda jejuna pascenda; qui bene duodecim esse dicuntur, quia fides sanctæ Trinitatis in quatuor mundi partibus per eos erat prædicanda. Unde Ambrosius: « Hic vero panis quem frangit Jesus, mystice quidem Dei verbum est, et sermo de Christo, qui dum dividitur, augetur; de paucis enim sermonibus, omnibus populis redundantem alimoniam

ble semejanza que salta aún para los ojos mas inexpertos de tal modo que es imposible dejarlo de conocer. Me limitaré tan solo á

ministravit. Dedit sermones nobis, velut panes, qui nostro dum libantur ore, germinantur. » — EXPLICATIO MORALIS. Moraliter per apostolos intelliguntur prælati; per quinque panes hordeaceos quinque bona spiritualia, quibus anima a Deo reficitur in præsentí. Sicut enim in domo patrisfamilias solet esse multiplex panis, scilicet: pauperum, famulorum, filiorum, dominorum et amicorum; sic in domo Dei, quæ est Ecclesia, sunt diversa genera panum spiritualium. Primus est panis naturæ et abstinentiæ corporalis; hic est panis pauperum, id est peccatorum, hunc enim panem largitur Dominus etiam peccatoribus, qui vere pauperes sunt; de eo in Genesi dicitur: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, et in Isaia: *Dabit tibi Dominus panem arctum et aquam brevem*. Istum panem debemus pauperibus communicare, si volumus quod facta nostra Deo sint grata; alias enim bona nostra opera Deo non placent, nisi eleemosynis ornata sunt. Secundus est panis pœnitentiæ actualis; hic est panis famulorum, de quo in Psalmis dicitur: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte*. Et iterum: *Cibabis nos pane lacrymarum, et potum dabis in lacrymis, in mensura*, scilicet proportionis, id est pro modo culparum; quia quantum homo delectatus est in peccatis, tantum debet se affligere in pœnitentiæ lamentis. Hunc panem dat Dominus, per prælatos pœnitentibus, inducendo eos ad contritionem et injungendo pœnitentiam. Tertius est panis intellectualis et doctrinalis; hic est panis filiorum, de quo in Evangelio dicitur: *Non est bonum sumere panem filiorum*, et in Ecclesiastico: *Cibavit illum pane vitæ et intellectus*. Hunc panem ministrat Dominus fidelibus, per prælatos et curatores, verbum Dei seminando unumquemque pro modulo suo pascendo. Quartus est panis Eucharistiæ sacramentalis; hic est panis dominorum, de quo in Evangelio dicitur: *Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi*. Et in Apostolo: *Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat*. Hunc panem dat Dominus per prælatos mundis et peccato dominantibus, quia immundis et malis non est dandus. Quintus est panis devotionis internalis; hic est panis amicorum, licet enim paterfamilias habeat in domo sua panem bonum, tamen amicis supervenientibus quærit meliorem, de quo in Isaia: *Erit panis terræ nostræ uberrimus et pinguis*. Duo autem

señalar los cuatro principales rasgos de esta semejanza que se refieren á la bendición de esas dos clases de pan á su distribución y

pisces dulcorantes hos panes sunt spes veniæ et amor Dei; vel intellectus et operatio, quia sine eis nullus istorum panum est sapidus. Istis vero quinque panibus et duobus et duobus piscibus reficit Dominus animam in præsentí effective et prælatus ministerio. O quam felix anima est illa, apud quam inventi fuerint isti panes et pisces, ut de ea dicatur: *Est puer unus hic, qui habet quinque panes et duos pisces!* Per puerum enim intelligitur fidelis anima a puritate innocentie puer dicta, quæ in quolibet fidei, etiam obnoxio peccatis, debet per pœnitentiam reparari; ad quod assequendum requiruntur quinque panes, et qui habet illos, est vere puer evangelicus. Est et panis cœlestis quem sancti manducabunt in mensa Christi, de quo in Luca dicitur: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei*. Et de ista manducatione dicitur in eodem: *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo*. — QUID SINT QUINQUE PANES IN SENSU MYSTICO? Moraliter etiam simul et allegorice et anagogice faciamus quinque panes pœnitentiæ, doctrinæ et refectionis æternæ. Moraliter pœnitentiæ quinque sunt panes, scilicet: panis afflictionis, ex consideratione passionis Christi, quem ille comedit, qui considerando Christi Passionem, corde et corpore se mortificando, subjicit; panis compassionis, ex consideratione defectuum et miseriarum proximi; panis timoris et tremoris, ex consideratione futuri supplicii; et panis suspirii et devotionis, ex consideratione dilationis cœlestis gaudii et præmii. Omnes ieti panes sunt hordeacei, ideoque sunt cum amaritudine sumodi. Pisces autem duo sunt, spes veniæ et dulcedo vitæ æternæ. Allegorice autem panes doctrinæ sunt quinque libri Moysis; hordeacei, propter litteræ durtiem, reficientes tamen, propter spirituales intellectum reficientem. Duo autem pisces sunt dulcedo prophetiæ et dulcedo psalorum. — Anagogice vero, refectionis æternæ sunt panes quinque ad quos suspiramus, et ex quibus reficimur in æternis, quorum unus est præsentia Dei; secundus est pulchritudo visionis faciei Dei; tertius est societas angelorum, inter quorum sortes est sors nostræ beatitudinis; quartus est consortium sanctorum, qui cum Christo regnant in cœlis; quintus est dulcedo internæ beatitudinis, quam hic parumper experimur. In omnibus his hordeum est dila-